



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

158. An xvores, & filij aliquando post mortem viri, vel Parentum possint occultare bona creditorum? Et an in iudicio vocati, si compellerentur sub iuramento aperire, si nihil abstulerint ex bonis ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76413](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76413)

asserit. [Es pues grauaemente dudoso, si esta compensacion se pueda hazer en el fuero de la conciencia licitamente, aunque sea con perjuizio de otros acreedores anteriores.]

3. Muchos hombres dotos han sentido que no; porque el deudor en tal caso tenia obligacion de pagar primero a los otros: con que viene a ser, que el acreedor, que haze la compensacion, se viene a quedar por este modo con la cosa obligada a otro.

4. Pero es probable lo contrario, porque no ay ley que tal disponga en la compensacion, ni el acreedor está obligado a mirar por el bien de los demas acreedores; de manera, que ay de soltar de las manos, teniendo en ellas con que hazerle pagado.

5. I aunque Comitolto limita esta opinion, quando la cosa se poseia por titulo de deposito; porque segun Derecho, el deposito no admite compensacion.

6. Nauarro, Lessio, i otros no la admiten; fundados en que estas, i las demas leyes, que tratan desta materia no sirven mas que para el fuero exterior, i no para el interior, donde solamente se atiende a la verdad, i no a presunciones, en que muchas vezes se fundan las leyes humanas.] Ita ille. Et hoc vltimum contra Comitolto, quod compensatio licite in foro conscientie quoque fiat in re deposita, tenet etiam me citato Trullench. in Decalog. tom. 2. lib. 7. c. 24. dub. 5. n. 7. in fin.

RESOL. CLVII.

An depositum compensationem admittat? Ex p. 3. tra. & addit. Ref. 1.

Sup. hoc sup in Ref. 148 §. Non desunt. & in Ref. 151. §. modatum, verb. in deposito. Reginaldus tom. 2. lib. 2. c. 47. sect. 6. Garzias de contract. c. 5. n. 17. Malderus de iust. tr. 4. cap. 7. dub. 5. Voltherus Streuersdoff. in D. Thom. de iust. & iur. q. 66. a. 8. disp. 4. n. 4. & alij ex autoritate l. si quis vel pecunias. in mt. a. ubi ibi subiecta, C. de positi. Hæc opinio est probabilis.

2. Sed ego contrariam sententiam non minus probabilem esse existimo, quam docui cum Tannero in mea p. 3. tr. 5. resol. 10. asserens leges supradictas ligare tantum in foro externo. Verum nouissimè, me citato, aduersus hanc opinionem acriter insurgit Megalius in promptuario Theol. t. 1. v. Credit. n. 5. sed quia calus quotidianus est, & deseruiet ad tollendos multos scrupulos, iterum doceo, & assero quod in foro conscientie, quando nulla est alia ratio rei sibi debita obtinenda, probabile est admitti compensationem in deposito, quia est de iure naturæ, & gentium, vt possit quis sibi satisfacere, quando alia via sibi debitum habere non potest. Et ita nostram sententiam, præter Tannerum, docet Filliucius tom. 2. tr. 34. n. 18. Lessius de iust. lib. 2. c. 27. dub. 4. n. 16. Emmanuel Sà v. Depositum. n. 4. Petrus Nauarra de rest. l. 3. c. 1. n. 291. Layman in Theol. mor. l. 3. sect. 5. tract. 2. c. 9. n. 10. Faustus in Specul. Confess. disp. 8. q. 18. n. 2. Naldus in summ. v. Compensatio. n. 5. Bizozzerus in sum. p. 2. membr. 2. num. 13. & Villalobos in summ. tom. 2. tr. 29. diff. 5. n. 2. & tract. 11. diff. 23. n. 3. vbi sic asserit: [En el deposito no se admite compensación, verbi gratia, deposito Pedro in tí mil ducados, y deuiate otros mil, en tal caso no se puede hazer compensación con el dinero depositado, como consta en el derecho c. bona fides, de de positi. tanto que vn deposito no se compenla con otro, y es por la fidelidad que se deue al deposito. Aunque esto dize Lessio, que le pareço solo en el fuero exterior, que se lo mandetian boluer, por la presuncion que ay de perfidia, y a mi me pareçe que lleua esto mucho cami-

no, pot que el que hizo compensacion con el deposito con las condiciones necessarias, no tiene mas de lo que de deue tener, y aunque parece que no esta obligado en el fuero de la conciencia a restituirl. Ita ille, & ego. Et in facti contingentia possunt Cõfessarij sine vilo scrupulo hanc opinionem in praxim deducere, cum tantos habeat patronos, & sit valida ratiõne fultita, Vnde immeritò dixit Megalius, me citra ratiõnem hanc sententiam docuisse, cum, vt visum est, sit satis probabilis.

RESOL. CLVIII.

An vxores, & filij aliquando post mortem viri, vel parentum possint occultare bona creditorum? Et an in iudicio vocati, si compellerentur sub iuramento aperire, si nihil abstulerint, ex bonis mariti, vel parentum, teneantur in conscientia veritatem dicere? Et quid, si obligantur ex vi, & virtute excommunicacionis, an teneantur reuelare, si aliquid occultauerint, vel abstulerint ex supradictis bonis creditorum? Et notatur filium succedentem patri, auo, vel matri in bonis acquisitis per vsuram, siue per alios contractus illicitos, vel delictum non teneat restituere cum graui detrimento sui status, &c. Ex p. 5. tr. 14. & Misc. 2. Ref. 57.

§. 1. Respõdeo quod vxores, & filij, quorum mariti, & parentes sine culpa sua, siue aliquo infortunio ad magnam penuriam sunt redacti, si post mortem inueniantur non esse soltendo, possunt ex bonis relictis tantum subtrahere, & occultare, quantum satis est ad honestam vitæ sustentationem, & mediocrem status, seu conditionis conseruationem. Imò licet in iudicio vocati compellerentur sub iuramento aperire, si nihil abstulerint ex bonis mariti, vel parentum, tamen non tenerentur in conscientia veritatem dicere, sed possent dicere se nihil omnino occultasse (supple) quod non sint ipsis debitum, & necessarium ad status conseruationem. Imò amplius dico, nec etiam obligantur se ipsos manifestare, & virtute quarumcumque excommunicacionum, quia rem alienam iniuste non retinent, & sicut subtrahendo, que sunt necessaria ad congruentem statum, non peccant, ita neque peccant, aut incurrunt excommunicacionem non reuelando. Et hæc omnia docet Cælestinus in compend. Theol. mor. tr. 9. c. 19. in fin. vbi etiam addit vnum valde notandum ex sententia plurium Doctorum, filium succedentem patri, auo, vel matri in bonis acquisitis per vsuram, siue per alios contractus illicitos, vel delictum, non teneri restituere cum graui detrimento sui status, siue bona fide habeat hereditatem, ignorans ea bona esse iniuste acquisita, siue mala fide, sciens ea bona esse iniuste acquisita. Si tamen delictum est notorium, non tantum retinere potest, quantum alius debitor, qui ex contractu licito, vel ex delicto occulto in graue infortunium incidisset. Ita ille. Qui citat Scotum, Angelum, Nauarum, & Azorium, quæ quidem sunt menù tenenda, quia practicabilia.

RESOL. CLIX.

An minor 25. annorum curatorem habens sine eius consensu obligetur? Et docetur, quod predicti minores possunt facere contractum matrimonij, & testamentum sine consensu curatoris. Ex p. 8. tr. 7. & Misc. Ref. 20.

§. 1. Negatiuæ sententiæ adhareo ex textu expresso in l. si curatorem 3. C. de integ. rest. minor. vbi Imperatores, Diocletianus, & Maximianus, minorem, qui curatorem habet, ab eo, qui non habet, in obligationibus perspicue separant. Et priori casu aiunt, contra-